UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Considerationes antemeriadianæ[sic!]: ex eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60545

Visual Library

CONSIDERATIO I. ANTE-MERIDIANA.

De continuo Sanctorum PP. Orationis Mentalis & Vocalis ſtudio.

Gerſ. l. 1. c. 18. n. 2. — SAncti Patres per diem laborabant, & no-ctibus orationi diutinæ vacabant: quan-quam laborando ab oratione mentali nunquam

Ibid. n. 3. — mè ceſſarent. Omne tempus utiliter expen-debant: omnis hora ad vacandum Deo bre-vis videbatur, & præ magna dulcedine con-templationis, etiam oblivioni tradebatur ne-ceſſitas corporalis refectionis. O quanta fu-it in principio omnium Religioſorum devotio orationis!

CONSID. II.

De divinâ laude & neceſſitate cæleſtis auxilij contra evagationes inter pſallendum.

Gerſ. l. 3. c. 36. 1. — DOmine hoc opus eſt perfecti Viri, nun-quam ab actione cæleſtium Laudum animum relaxare: quoniam inſurgunt in

Ibid. c. 23. 5. & c. 8. 9. — me vanæ cogitationes affligentes animam meam: quomodo perfringam eas? clarifica… Tu, IESV bone, claritate interni luminis… cobibe evagationes multas, & vim faci-entes elide tentationes, ut abundantia…

dis tuæ reſonet in Aula ſancta : miniſtra devotionis aquas : ut cantem amoris canticum, & deficiat in laude tua anima mea, jubilans ex amore. Ib. c. 5. 6.

DIGRESSIO XVIII.

De infinitâ præcellentiâ Sacroſancti Miſſæ Sacrificij ; & incomparabili dignitate ac poteſtate Statûs Sacerdotalis.

THEOPHOBVS.

(I.)

MVlta hactenus Reverendiſſimo ſtatui Sacerdotali ſparſim in ſuperioribus inſerui hortamenta & documenta, quibus tum ex gravitate peccati, ac metu noviſſimorum, cùm ex eminentiſſimâ conditione ſui ſtatûs ac virtutum amore permoverentur, ejuſdem ſuæ dignitatis decorem & ſanctitatẽ illibatim conſervare, facturus tamen ero ingentis operæ pretiũ, ſi in præſenti diſcurſu infinitam præcellentiã ſacroſancti Sacrificij Miſſæ, quod quotidie obeunt, & tranſcendentale Sacerdotij officium, quo funguntur, quaſi Iliadẽ in nuce comprehenſurus, expendam. Inter omnia collata humano geneti à Deo ter Opt. beneficia,